



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

XXIX. Festo SS. Petri & Pauli. Jam non est is hospites & advenæ, sed est is cives Sanctorum, & domestici Dei, super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari Lapide ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

Festo SS. Petri & Pauli.

Jam non estis hospites & advena, sed estis cives Sanctorum, & domestici DEI, superadificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari Lapide Christo JESU. Eph. 1.

Considera congregationem fideli-
um, seu Ecclesiam, in Divinis
Scripturis frequenter duobus appella-
ri nominibus, nunc Civitatis, nunc
Domus. Civitas publicis legibus gu-
bernatur: domus vero privatis. id-
circo Cives nullum habent nisi in pub-
licis actibus inter se commercium.
Domestici vero etiam in privatis. Ci-
vitas regitur ab uno, qui Princeps di-
citur: Domus ab uno, qui Paterfa-
milias vocatur. porro ille, qui respec-
tu domus suae est Pater, debet etiam
esse Princeps bonus respectu civitatis
suae, & is, qui bonus est Princeps re-
spectu civitatis, debet etiam esse Pater
respectu suae Domus. Jam vero Chri-
stiana Respublica, si recte notas, de
utroque statu, participat, quia quoad
majorem partem, eorum nempe, qui
subjecti sunt ad observanda praecipua,
est instar Civitatis. quoad minorem,
eorum, qui subjiciuntur non tantum
ad observanda praecipua, sed etiam
consilia, est instar Domus, unde scri-
ptum est: *Omnes domestici eius vesti-
ti sunt duplicitibus, praecipuorum scili-*

*et, & consiliorum. Christus Domi-
nus noster aequaliter amborum est ca-
put. caput eorum, qui sunt meri ci-
ves, & caput illorum, qui domesticis
comparantur. Caput corporis Eccle-
siae. Coloss. nisi quod respectu prio-
rum principem potius quam Patrem
se gerat, quia eos solum legibus guber-
nat communibus, qualia sunt praeci-
pta: & respectu posteriorum potius
Patrem agit quam Principem, quia
eos gubernat non solum generalibus
legibus praecipuorum, sed etiam par-
ticularibus consiliorum. ceterum re-
vera Princeps pariter & Pater est: Pa-
ter futuri seculi, Princeps pacis. II. 9.
v. 6. Quibus praemissis facile intelli-
ges, cur Christianis dicatur: *Jam non
estis hospites, & advena.* quia si sint
de illorum numero, qui subjacent ge-
neralibus Christi legibus, jam eum
habent pro Principe, & ideo respectu
illius *non sunt advena, sed sunt Cives.*
Si sint de numero illorum, qui subja-
cent legibus Christi non generalibus
duntaxat sed particularibus, eum habent
non solum pro Principe, sed Patre, &
per*

Ggg 3

per

VITA

DOMINUS

VITA

VITA

VITA

VITA

VITA

VITA

VITA

per consequens respectu illius non sunt hospites, sed sunt domestici. In quocunque sis statu, toto corde illi præsta homagium, & sponde, quod æternum pro eo habere velis, qui est, id est, timere illum, & amare, timere ut Principem, amare ut Patrem, & desiderare, ut idem faciant illi, qui modò eum non cognoscunt; atque adeò magis dici semper possit cum Isaia: *Ecce accola veniet, qui non erat mecum, advena quondam tuus adjugetur tibi.* II. 54. *Accola domui, advena civitati.*

2. Considera Ecclesiam istam, seu Communitatem tam Civium quam Domesticorum, in qua versaris, inniti magno fundamento, Apostolorum scilicet, & Prophetarum: quia ad comprobendam Religionis nostræ veritatem ambo pariter concurrunt, Prophetæ suis vaticinijs in lege veteri, Apostoli suis prædicationibus in nova, eo solum discrimine, quòd Prophetæ locuti sint tanquam de re futura, Apostoli de facta, cetera verò una planè eademque res sit: unde non dicitur: *superædificanti super fundamenta Apostolorum, & Prophetarum, sed super fundamentum*, quia nulla vel minima inter eos inveniri potest differentia. Evangelium accipe, quanto cum gustu ibi licebit contemplari sigillatim cuncta adimpleta, quæ Prophetæ tantò antè de Christo prænuñciabant, juxta illud: *Paulus servus IESU Christi vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium DEI, quod antè præmiserat per Prophetas suos.*

Rom. I. v. I. Prædicebat, quòd Messias descensurus esset de David, nasciturus ex Virgine, natus in Bethlehém, nasciturus in tempore, quo sceperum foret adhiberi à Juda. quòd esset adorandus, & fugiturus in Ægyptum, & postea reversurus, habiturus in locum sanctissimum, habiturus in ferti, patraturus miracula, dicitur prædicaturus, passurus, & vendendus triginta argenteis, & crucifigendus in Cruce modo valde infamiter duos latrones, nudus, derisus ludibrio habitus, in sui sui aceto: præterea gloriòse ascendens, surgens, ascensurus in caelum, & que sanctam missurus Spiritum, fidem suam pertracturus populo motissimos ope hominum, quibus nere ignobiles, vitibus imbecillis fortuna. omnia ista à Prophetis prædicta sunt ut futura, & cetera demum prædicata ab Apostolorum. Quæ res est fidelibus prælatij, ut explicari satis non potest, nam quis dubitet notitiam futuram amplam, tam exquisitam, tam exactam antè sæculis non potest esse DEO proficisci: Miseri Hebræi, cum ista legant in suis libris de Christo, videantq; deinde tam beatè completa, necdum credunt? sed quòque prædictum est, eorum oculos meros nec id quidem credituros, oculis cernerent, ita intellexerunt stolas, cum attulit illa verba: *Fiat mensa eorum, coram ipsis, & in captionem, & in præ-*

& in retributionem. Rom. II.
 Quoniam Hebraeis mensa ista sacra-
 rum literarum lautilissima, quam præ-
 sentem habent loco salutatis nutri-
 menti est in laqueum, cum voces oc-
 curant ambiguae; est in captivem,
 cum perperam interpretando incidunt
 in errorem intellectus: est in scanda-
 lum, cum ex errore intellectus dila-
 bentur in pertinaciam voluntatis: de-
 que est in retributionem, cum hoc
 modo puniuntur summâ quadam ig-
 nominiâ pro eo, quod tam superbe
 contra Christum sunt operati: Redde
 retributionem superbis. Pl. 93.
 3. Considera fundamentum istud
 ex Apostolis & Prophetis compositum
 non esse proietiam primarium, sed
 secundarium tantum. Primarium
 Christus est, fundamentum ipsius fun-
 damenti, uti S. Augustino loqui pla-
 cuit: *Fundamenta fundamentorum.*
 In hoc, ipso scilicet summo angulari
 lapide Christo IESU fundati sunt viri
 ille prædixit, & nos deinde supra ipsos
 stabili: unde non dicimur *adificati*,
 sed *superadificati*, quia primò ipsorum
 ædificium, deinde nostrum formatum
 est. Verum tamen, utriusque eandem
 esse stabilitatem, cum sit planè idem,
 ipse lapis. Omnes æqualiter demum
 innasuntur Christo tanquam primo
 lapidi fundamentali: *Fundamentum*
enim aliud nemo potest parere, non di-
 cit alterum, dicit aliud, præter id, quod
 positum est, quod est Christus IESVS.
 I. Cor. 3. v. 11. & hoc est, quod ait,
summo lapide, non intelligendo excel-
 sum, non elevatum, sed summum in

genere fundandi, seu primarium.
 Nunc ergo vide, quàm speciosus sit
 lapis Christus IESUS Dominus nos-
 ter. Vide impletum id, quod Isaias
 prædixit: *Ecce, ego mittam in fun-
 damentis Sion lapidem angularem, pro-
 batum, pretiosum, in fundamento fun-
 datum.* Is. 28. Quis dubitet, an tutò
 possit consistere in hoc lapide? non
 est lapis, qui cedat aliquando. Ecce
 quantas aquæ, terra, ignis inunda-
 tiones, quot feras & furias portis suis
 emisserit infernas, ut deiceret molem
 illam sublimem huic lapidi imposi-
 tam, sanctam Ecclesiam, forsân au-
 tem id consecutus est tot seculorum
 cursus? nihil minùs, & sic neque fut-
 uris consequetur. *Porta inferi non
 prevalebunt adversus eam.* & tu ex a-
 nimo gratias non agis DEO, dum vi-
 des fidem tuam in hac petrâ fun-
 datam?

4. Considera, hunc lapidem dici
angularem, quia in fundamento pri-
 mario, quod format, conjungit, (quod
 est proprium lapidum angularium)
 lapides illos aliâs temporis spatio tan-
 topere disjunctos, qui formant secun-
 darium, hoc est, Prophetas & Aposto-
 los: quia univit Gentiles, quibus
 prædicabant Apostoli, cum Judæis,
 quibus vaticinati sunt Prophetae, &
 è duobus populis unum fecit. *Ipsè
 enim est pax nostra, qui fecit utraque
 unum.* Eph. 2. quo autem modo fe-
 cit? *medium parietem maceris solvens.*
 ib. nempe deiciendo maceriam. Pro-
 inde imaginare tibi Gentiles & Judæos
 stetitisse in mundo ceu campo quodam

vastissimo. Ambo jam convenerant in præceptis moralibus à DEO impositis, qualia sunt non occidere, non fornicari, non furari &c. quia ista sunt communissima cunctis hominibus. Sed non convenerant in Præceptis Ceremonialibus, qualia erant Circumcisio, itinera, victimæ, lavacrâ, & alia sine numero. imò erant ista instar muri altissimi, qui illos longissimè dividebat etiam quod animos. Erat murus iste maceria, *paries maceria*, quia murus erat ficticius, & ad tempus tantum duraturus. nempe quo Christus veniens tanquam Dominus utriusque populi autoritate, quâ pollebat, dejecit murum, & sic *medium parietem maceria solvens fecit utraque unum*. quia obtinuit, ut tam gentiles, quam Judæi fide in ipsum consentirent, efficerentque unum ejus populum. Hinc est, quod lex antiqua desierit quoad præcepta Ceremonialia: neque mirum hoc est, quia ista erant totidem promissa, quæ sub varijs figuris recipiebantur à Christo: *Ad confirmandas promissiones Patrum*. Rom. 15. ideo impletis promissis proflus erant inutilia. Instrumentum, quo promittitur prædium, aut palatium, quousque servit donec datum sit prædium, datum palatium, deinde laceratur. Idem præceptis illis Ceremonialibus accidit,

veniente Christo: *Abolita est ista lex antiqua desierit*, & ista lex dividebatur in præcepta moralia, quæ per se immutata sunt novo accedente Consilio. unde patet, quod Christus dixerit: *Non oritur lex, sed adimplere*. Matth. 23. & ceremonialia, quoad modum implevit legem, quia bono peritiam adjunxit bona consilio, ut non exempli causâ, ut non oderis inimicum: *Non fratre tuum in corde tuo*, sed illi benefacias: *Bene facite, et non oderunt vos*. Mat. 5. Quoad ceremonialia adimplevit legem, figurâ substituit figuratum, hoc ipsum, & sic in isto genere servando adimplevit: sicut, quod eadem Laurentianam peregrinationem voto promissam appendicium suum adimplet simul & solvit, verum est Christum legi omnino dedisse perfectionem, quam leges accipere. His igitur palestris considerationibus tuum spiritum erigat, ut ita semper animando Dominum illi & credendo, & credendo fidelis existas, id quod habetis in festo à te maxime exigitur.

